



BIBLIOTHECA  
UNIV. JAGELL.  
CRACOVENSIS

53167

I

Mag. St. Dr.

P

14.07

*Quaestio de ente*

*provisional*

Biblioteka Jagiellońska



stdr0000281

*Bibliotheca Mathematica Gualtheri de entis  
provisione*

# QVÆSTIO

DE

ENTIS PRÆCISIONE.

---

IN

Alma Academia Cracouiensi  
ad Disputandum :

•Mense Augusto Die 8. Hora 9.

*M. MATTHIA BURSOWIC*

*Contuberni Philosophor: Seniore  
proposita.*

PERMISSV

Magnifici Domini Rectoris.

*CRACOVIAE,*

In Officinâ Matthiæ Andreouiensis, Anno

Domini, 1634.

*(d.d.d.)*

I N S T E M M A  
Perillustriſis Familiæ, de Zebrzydowice  
ZEBRZYDOVIORVM.



53167

Clara ZEBRIDOVIUM soboles vexilla, sacraeque  
Gestat in antiquo Stemmate signa Crucis:  
Nil mirum! rigidi nam semper praelia Martis  
Horrida deuotis ducit ab auspicijs.



*Illustribus & Generosis Dominis,*

D. MICHAELI NICOLAO

&  
FRANCISCO FLORIANO

DE

ZEBRZYDOWICE ZEBRZYDOWSKI,

Regni Poloniae Eniferi, Lanckoronen. &

in Noua Korczyn &c. &c. Capitanei Filijs,

DD. meis Clementissimis, S. & F.



*N* arenam descensurus, & non tam cruenti Martis, quam pacificae artis telis, Mineruae scutum oppositurus. Illustres et Generosi DD. vos spectatores atq; Arbitros appello. Spero namq; nec certamen hoc, cuiquam incundiùs futurum, quam Vobis: nec me feliciores Arbitros praeter Vos ullos habiturum. Et licet Vestrae dignitatis amplitudo, maiorisq; momenti negotia, pro Patria suscepta, me nonnihil deterrebant, ne hasce Scholasticas cum Vestro conspectui obtruderem; Singularis tamen Vester in me fauor, et incredibilis in bonas literas propensio, tantum addidit animi, ut non ex alterius quam Vestri nominis splendore, meae velitationis quae quidem per se tenuis est quaererem commendationem. Siue

enim illud ineuntis ætatis tempus, quo in Alimã Cracouiẽ-  
sis Academiæ Vniuersitate, teneritudinis Vestræ fuenim  
Moderator, in memoriam reuoco: Recordor Illustres & Ge-  
nerosi Dñi, illa tempestate et mihi summum amorem ac be-  
neuolentiam à Vobis præstitam, & omnes dies in honestis-  
simis literarum disciplinis iucundissimè consumptos fuisse.  
Siue annos in exteris regionibus inuisendus collocatos in-  
tueor: video à Vobis hoc peregrinationis curriculum, non  
in ludis aut iocis, vt pleriq; solent, sed in Optimarum Sci-  
entiarum atq; linguarum, velut quadam nobilissima mer-  
catura transactum esse: tantà cum dexteritate, vt hone-  
stissimis literis imbuti, plurimarum linguarũ periti, probis  
moribus instructi, ad Patrios Lares felicissimè (quò dom-  
mnes vnanimi voce sumus apprecati) rediretis. Viuite igitur felices, Illustres & Generosi Dñi, et hisce in primæ uæ-  
ætatis Vestræ flore institutionis surculis fulti, fortunã ve-  
strã sic fruamini: vt Charissimo atq; Optimo Parenti solatio, Illustrissimæ Genti Vestræ splendori, amplissimæ Pa-  
triciæ decori & Ornamento esse valeatis. Viuite inquam Fe-  
lices, & certamen hoc sub antiquissimo Familiæ Vestræ  
Vexillo propositum, vultu sereno & fronte benignã spectan-  
tes, hanc officiosissimam animi mei in Vos propensionem, æ-  
qui boniq; cõsultate. Dar: è Cõtuber: Philosoph. die 8 Aug.

Illustr: & Generos: DD. Vestrarum  
deditissimus

M. Matthias Burzowic.

# Q V Æ S T I O

D E

## ENTIS PRÆCISIONE.

V. Entis constituentis Metaphysicam scientiam, habentisq; veras Passiones, conceptus sit ita præcisus à suis inferioribus, vt sit vnus Analogiâ non vniuocatione, nec ne?

### CONCLUSIO I.

Ens, vt Ens constituit scientiam Metaphysicam.

#### COROLLARIA.

1. *Metaphysica subalternat sibi alias scientias particulares.*
2. *Nomen sapientiæ, soli Metaphysicæ, tanquam scientiæ honorabilissimæ competit.*
3. *Omnes rerum ac scientiarum quidditates, Metaphysicus considerat, in vniuersali.*
4. *Metaphysica circa difficillima, quia circa vniuersalissima versatur.*

### CONCLUSIO II.

Vnum, verum, bonum, sunt veræ Entis Passiones.

## COROLLARIA.

1. *Vnum, verum, bonum, sunt idem re cum Ente, sed ratione differunt.*
2. *Et inter se inuicem, & cum Ente conuertuntur, vnum, verum, bonum.*
3. *Ens quidditatiuè prædicatur de Vno, Vero, Bono.*
4. *Vnum, Verum, Bonum, non addunt quidquã positivum Enti, sed vel quid negativum, vel relationem rationis.*

## CONCLUSIO III.

Entis conceptus est præcisus, à proprijs conceptibus, membrorum immediatè diuidentium, non simpliciter, sed secundum quid.

## COROLLARIA.

1. *Entis conceptus, tam Obiectiuus, quàm Formalis, est præcisus à suis inferioribus, licet diuersâ ratione.*
2. *Præcisio Entis, est cum cõparatione, ad sua inferiora.*
3. *Conceptus entis, non est proprius, aut Substantiæ, aut Accidenti, aut alicui eorum, sed communis.*
4. *Ens non est tota copulatio, vel distinctio, ex conceptibus eorum, quæ Entis nomine gaudent.*

## CONCLUSIO IV.

Præcisus Entis conceptus, est vnus Analogiâ, non vniuocatione.



# COROLLARIA.

1. *Deus, & creaturae, Substantia, & accidens, non æqualiter participant Entis naturam.*
2. *Creaturae ad Deum, Accidentia ad Substantiam, dicunt tam Analogiam Attributionis, quàm Proportionis.*
3. *Analogia prædicatio, est media inter Equiuocã, & Uniuocã.*
4. *Analogia Attributionis, ad Deum, fundamentum est, ipsa Entitas Diuina; Proportionis verò, est modus habendi formaliter atq; Essentialiter Entitatem.*



*Lucas*  
EXCELLENTISS<sup>mo</sup> VIRO,  
D. MATTHIÆ BURSZOWIC,  
Artium & Philosophiæ Doctori, Con-  
tubernij Noscouiani Seniori,  
in certamen Philosophicum pro  
deunti.

M. IOANNES CYNERSKI RACHTAMOVIVS,  
Coll. Min. Ordin. Eloquen. Profess. amoris  
ergo Pœana embaterium  
occinit.

*Perge bonis auibus, rigida torquere Palæstræ  
Certamen, rari dotibus ingenij:*

*Perge bonis auibus, patriæ renouare Camenæ  
Laudes, & meritis condecorare pijs:*

*Perge bonis auibus, promptæ firmare Mineruæ  
Præsidiũ, ecce Tibi prompta Minerva fauet;*

*Perge bonis auibus, plausum geminare Virorum,  
Principibus laus est posse placere viris:*

*Perge bonis auibus, dulces tibi carmina Musæ  
Accelerant, plaudit doctus in arte chorus:*

*Perge*

Perge bonis aibus, Charites & dexter Apollo  
Vota tibi pariter, lætitiãq; ferunt :  
Perge bonis aibus, maiorum & honoribus adde  
Et merita, & decus, et iudicium eximium ;  
Perge bonis aibus, solidam protendere famam,  
Illustres meritis quam peperere viri :  
Perge bonis aibus, te Zebrzydowia Fama,  
Obsequentem alis excipit altiulis :  
Perge bonis aibus, peregrinis venit ab oris  
Frater uterq; bono providus ingenio:  
Perge bonis aibus, paupercula te quoque mensa,  
Et laris, & fundi, fors manet Imperiũ: ( Rex  
Perge bonis aibus fauet ipse hominũ, atq; Deũm  
Virgo Deiq; Parens; queis tua vota placent.  
BURSZOVI, præstans Parnassi gloria nostri,  
Burszoui ô animi, dimidiumq; mei;  
Burszoui, tuus hîc Rhodus, Saltusq; Sagacis  
Judicij, tuus hîc officiosus honor :  
Burszoui, ille tuus VLADSLAVIVS, alma Lycei  
Gloria, præsit, non hanc sine laude viam.  
Burszoui, ille novos animi, per Symbola laudis  
Conflictus finxit, præsidiumq; tulit.

B

Burso-

Colleg  
me  
Ind  
th  
an

Burszoui, hoc tandem clarè, sub auspice, virtus

Hoc debet nasci gloria iusta tibi:

Burszoui pugnax modò non sit gloria veri,

Amittit verum litigiosus homo.

Burszoui, certent alij, rixentur, oberrent

Cancellos, tibi sit rectus in arte modus;

Burszoui, supplex causas Scrutare latentes,

Ingenij nitidas sic cumulabis opes.

Burszoui, fallax obruit contentio mentem,

Sed mediocre tamen proficit ingenium,

Burszoui, rixas, tempestatesq; sonoras

<sup>na</sup> formatio. Despue, sic vinces maximus invidia.

Burszoui, fructum placidi decerpe laboris

Hac dixisse tibi, iam quoque sufficiat.

SOLI DEO LAUS, HONOR,  
VIRTUS, & GLORIA,





Sub felicissimis auspicijs Clariss: & Magni-  
fici Dñi, D. CHRISTOPHORI NAY-  
MANOWICZ, Philosophiæ ac Medicinæ  
Doctoris, & Ord: Profess. Acad: Iagel-  
lonianæ, Rectoris vigilantissimi.

Faint, mirrored text from the reverse side of the page, likely bleed-through from a library stamp or title page. The text is illegible due to its faintness and orientation.



*B. 1. 7.*



